perpello 3. *pousser à, décider à* : HERM. AUGIENS. vit. 154 : non quimus paucis fidere vobis, / quin et vos furvus aucupis hamus / iam captas teneat sive capiscat, / -ens spurco nubere homullo, / despecto Christo, rege supremo. PETR. MALLEAC. Rigom. col. 1257^D : quo primum tempore pater eius ad idem coenobium edificandum coniugem suam ... -ulit. GUBERT. Nov. Gen. 5, 18 col. 143^D : ratio visu et cogitatu phantastico -ulsa ad proclivia facinorum ducitur. *avec prop. inf.* : SIGEBERT. GEMBL. Deod. prol. p. 462 : quos [*sc. Ulricum et Ruodulfum*] divinus amor, quos vestri presulis ardor / -ulit invitum me cogere satque renisum, / hoc onus invalidis ut vellem tollere membris. *avec ut et le subj.* : SIGEBERT. GEMBL. chron. p. 301, 5 : [*Wandalos*] ad hoc -ulit [*sc. rex*], ut ... Romano imperio se subderent.

perpendaculum, -i *n.* [*cf.* perpendiculum, umbraculum *sim.*] *pendentif* : LIB. pont. II p. 194, 9 : in pergula ipsius basilice ipse ... papa ... posuit cantram auream I, cum pretiosis margaritis et gemmis ac smalto, cum -o ad pendendum. *v. perpendiculum.*

perpendeo 2. *prendre entièrement* : GUILL. BRIT. summa s.v. perpendiculum : perpendiculum dicitur illud unde lebetes feruntur et suspenduntur ... pro sustentaculo lebetum dicitur perpendiculum a -eo ... quia lebetes in eo -ent. *v. etiam perpendo G.*

perpendicularis, -e *perpendiculaire* : 1) *définitions* : ADELARD. BATH. transl. Eucl. I p. 31, 19 : quando recta

linea supra rectam lineam steterit duoque anguli utrobique fuerint equales, eorum uterque rectus erit, lineaque linee superstans ei cui superstat, -is vocatur. HERM. DALM. transl. Eucl. elem. I def. p. 18 : quando recta linea super rectam lineam steterit duoque anguli utrobique fuerint equales : ei cui superstat -is vocatur. GERARD. CREM. transl. Algaz. metaph. p. 152, 9 : -is ... intelligitur linea exiens a centro solis ad terram super suos angulos ex utraque parte equales, id est rectos. UGUTIO s.v. perpendo : -is, -e, ut linea -is que sursum vel infra visum recte dirigit. cf. GUILL. BRIT. summa s.v. perpendicularum.

2) *emplois* : a) (*math.*) *d'une droite* : GERBERT. geom. IV 7 p. 69, 2 : intuendum etiam est, quod recte linee iacenti si recta una, que -is dicitur, erecta superstet, ubi iacentem tangit, ex utraque sui parte rectum angulum efficiet hoc modo. id. 5, 10 p. 77, 16 : que iusum a summo directim more perpendiculari pendens, ubi basi coraustove coniungitur, rectum angulum efficit, catheti sive -is vocabulum suscipit. RAGIMB. epist. 8 p. 535, 27 (c. 1025) : interior angulus dicitur qui suam -em intra tres lineas habet in triangulo. HERM. DALM. transl. Eucl. elem. I 11 p. 9 : ab assignato puncto ad lineam indefinite quantitatis -em deducimus. b) *d'une corde* : THIOFR. Willibr. vita pros. 33 p. 479^B : Adalbero, incliti Paulini apud Treviros prepositus, funem -em iussit extendi super fundum, in quo situm est eius oratorium.

perpendiculariter *adv.* [perpendicularis] *perpendicularément* : RICHARD. S. VICT. tabern. 2 col. 233^C : superior ... eius [sc. capitelli] medietas solet sursum directe et -r erigi. ANON. pract. geom. II 34 p. 310 : putei profunditatem metiri. Stet profundimetra, tenens exterius astrolabium vel quadrans, aspiciatque per ambo foramina terminum oppositi lateris in fundo putei, ita quod circulatio sit -r perpensa.

perpendicularator, -ris *m.* *maçon (utilisant un fil à plomb)* : Voc. Brux. Reijn. f. 103v : -r id est cementarius.

perpendicularatus, -a, -um *pendant, suspendu* : REMIG. comm. Mart. Cap. VI 293, 25 t. II p. 136, 6 : '-e' id est desursum pendentes, vel suspense supra capita.

perpendicularum, -i *n.* A) *fil à plomb* (REMIG. comm. Mart. Cap. VI 293, 25 t. II p. 136, 6 : -um vocatur linea cementariorum cum plumbo dependens, de qua probatur utrum recta sit maceria an non. AYNARD. p. 622 : -um est regula cementariorum. AELFR. angl. sax. vocabul. p. 39 : -um wealles rihtung. UGUTIO s.v. mugio : hec amussis, -is, id est plumbatum vel plumbata cementariorum que demittitur a sursum usque deorsum ad perpendendum equalitatem parietis, quod alio nomine dicitur -um a perpendendo) : 1) *au propre* : HRABAN. univ. 21, 11 col. 564^A : structuram ... parietum ad normam fieri, et ad -um respondere oportet ... -um est, quod semper appenditur. GERBERT. geom. 5, 10 p. 77, 16 : que iusum a summo directim more -i pendens, ubi basi coraustove coniungitur, rectum angulum efficit,

catheti sive perpendicularis vocabulum suscipit. HUGO S. VICT. didasc. VI, IV p. 118, 11 : respice opus cementarii collocato fundamento, lineam extendit in directum, -um demittit, ac deinde lapides diligenter politos in ordinem ponit. RADULF. CADOM. gesta Tancred. III p. 659 : cementum, lapides, -a, artificesque funes, vasa, dolabra parant. DOM. GUNDISS. div. philos. p. 109 : cementariorum ... [instrumenta] linea, trulla, -um et multa alia (cf. id. scient. 1 p. 61; 3 p. 90).

2) (*au fig.*) *droiture, rectitude* : CONSUET. Eins. prol. p. 74, 4 : -o ... paterne tue moderationis committo metiri, ut omni dempta tortitudine, rectitudo ad liquidum quandoque teneatur. MATTH. VINDOC. Milo 117 p. 65 : ex -o rationis colligit iras / castigare, graves dissimulare metus. STEPH. TORNAC. epist. 232 p. 289 (a. 1192) : divinare certe non potui placeretne an displiceret summo pontifici, cuius placita sunt iura, in cuius dextera ignea lex que appendit merita singulorum in statera canonum et apprehendit astucias in -o legum et circino decretorum.

3) (*par ext.*) *potence (support de crémaillère)* : OSBERN. GLOC. deriv. P LVIII 44 : -um, -i id est illud unde lebetes feruntur et suspenduntur a trabe. GUILL. BRIT. summa s.v. perpendicularum : -um dicitur illud unde lebetes feruntur et suspenduntur ... pro sustentaculo lebetum dicitur -um a perpendeo ... quia lebetes in eo perpendiculariter.

B) *direction verticale, perpendiculaire* : ANON. geom. I p. 324, 17 : hoc tamen, nullo modo mensor obliviscatur, quin et huic dimensioni omnique -o equipendium appendatur, quod geometricaliter institutum ad mensuram paratur. HUGO S. VICT. pract. geom. I p. 41, 493 : formatur quoddam aliud theorema ad rem quamlibet erectam ab eminentiori loco metiendam; quod tamen ociosum est nisi altitudo montis in qua mensor stat sive per preruptum -um aut e mensura quocumque modo nota habeatur.

C) *titre d'un ouvrage : de Rathier de Vérone (perdu), d'Atton de Verceil (conservé, cf. ATTO VERC. perpend.)* : FOLCUIN. Lob. 24 : scripsit et alium [sc. RATHERIUS LIBRUM] quem appellavit perpendicularum.

perpendium, -i *n.* [terme forgé par les grammairiens pour expliquer perpendicularum] *fil à plomb* : Voc. Brux. Reijn. f. 103v : -um est plumbum vel linea cementarii ... inde perpendicularum. ib. f. 105r : -um, cuius diminutivum est perpendicularum.

perpendo 3. A) *peser avec soin, soupeser, évaluer* (IOH. SCOT. glos. Mart. 233, 26 p. 121, 1 : libratus id est dubius vel -sus) : 1) *sens concret* : ADALHARD. statut. III 11 p. 377 : -at panem fratrum quando semel vel quando bis in die manducant.

2) *sens abstrait : examiner avec soin, évaluer mentalement* (GLOSS. AUGIENS. II p. 185, 1289 : -it : considerat. UGUTIO s.v. perpendo : -o, considerare) : a) *avec compl.*

synodum. ACTA duc. Norm. 114 p. 276 (a. 1048) : post multas tyrannice dominationis pressuras et pericula quas per septennium venerabilis locus... -ssus fuerat. BERTHOLD. CONST. annal. a. 1065 p. 272, 36 : archiepiscopus ... et ... episcopus... Ierusalem proficiscentes in eo itinere a paganis multa sunt -ssi. *le supplice (en parlant du Christ)* : PASS. Hippol. 20 p. 114 : audivi de Deo tuo quod ... quantum -ssus et usque ad patibulum raptus, ... captivos ex Erebi chyrographo liberasset. *par ext.* : HRABAN. in Paul. 3, 13 col. 827^A : « egrediamur igitur ad eum portantes improperium », hoc est eadem ipsa -entes et communicantes ei [sc. Christo] in passionibus.

4) *une souffrance morale* : CARTUL. Stabul. I 25 p. 64, 25 (a. 814) : magis diligens quiete Domino servire quam tumultuosa seculi fluctuatione (v. *lect. fluctuationem*) -i. BERENGAR. TURON. coena IX p. 13 : nondum tanta pro veritate eo tempore -ssus, nondum tam diligenti in scripturis consideratione satageram. GUILL. DONEK. aphor. 8, 2 p. 42 : patientia ... est iniuriam alienam humilitatis amore equanimiter -i. ANON. Norm. I 9, 61 p. 56 : nescio, qua animi duricia ab illa passione immunis et liber es, quam tibi equalis natura -itur.

5) *les peines de l'enfer* : IOH. SCOT. pred. 16, 4 p. 97, 97 : hinc aperte colligitur in impiis supplicia non -i quod Deus fecit, sed quod superbia vitiose invenit. IOH. NEAP. chron. episc. Neap. 43 p. 426, 27 : Constantinus ... vitam ... amisit, clamans et heulans se vivum -i tartareas poenas. CARTUL. Antr. 62 p. 248 (a. 1097) : si quis ... calumniator extiterit, cum Datan et Abiron perpetue baratri penas -endum noverit.

B) (*avec accus. de la personne dont on est victime être victime de*) : IOH. FISCANN. deplor. quiet. p. 56, 119 : satis superque lucet quod si Dina ... in domo patris firma et stabilis permaneret, nequaquam sue virginitatis violatorem -ssa foret.

part. passé perpessus, -a, -um qui supporte beaucoup ou longtemps : UGUTIO s.v. patior : -us, -a, -um, id est valde vel diu patiens. v. *perpessus, perpessivus*.

perpeto 3. (*jur.*) *convoquer* : ANNAL. Camald. a. 970 p. 82, 54 : ut nullus meos residentes ad nullius alius placitum -ere debeat.

perpetoto 1. [*orig. et sens inc., cf. ALMA 5 (1929-30) p. 146*] ANTIDOT. Bamberg. p. 37 : medicamentum ad mamillas virginis ut -ent : novem dragmas fimi leporis cum goaculum leporis trita, et ex eo mamillis inlitu crescere eas non sinit.

perpetratio, -nis f. A) *exécution, accomplissement* : 1) *d'un miracle* : IOH. BERTIN. Bernard. Poenit. mirac. 1 p. 679^B : cum quotidiana miraculorum -o nondum me aliquantulum respirare permittat, hoc ad presens sufficere puto, si genera infirmitatum et modos curationum summam attitulare potero (*cf. ib. 22 p. 678^E*).

2) *d'une mauvaise action* : a) *en général* : PETR. DAMIAN. serm. 37 col. 702^D : simul ... cum animabus et corpora in eterna morte damnantur, que simul in pravi operis -ne vixerunt. BERNARD. sent. III 74 p. 115, 8 : suggestio diaboli ad -nem pravi operis nos allicit. b) *d'un péché* : ALCUIN. epist. 277 p. 854, 17 (ante 804) : filiam ... consentientem in corde peccare revocat a peccati -ne. HINCM. REM. epist. 37 p. 13, 8 (a. 849-50) : similiter ... agit [sc. *diabolus*] in actione, quia prius decipit nos in occulta peccati operatione, deinde in -ne facinoris publica sine confusione. *d'un meurtre* : CARTUL. Rhen. med. I 564 p. 623 (a. 1152) : preter ... ius banni de homicidii -ne concessum, cuius homicidii redemptio abbati persolvi debet. c) *d'un sacrilège* : STATUT. Cisterc. 1193, 51 p. 167 : pro tanti sacrilegii -ne huiusmodi poenitentiam sustinebit.

3) (*par ext.*) *mauvaise action* : CARTUL. Augiens. 1, 24 (a. 1142-66) : licet abbates ... licentiam habeant super suos piores ... inlicitas et nefarias -nes prohibendi.

B) *satisfaction (d'une demande)* : DIPL. Henr. II 103 (a. 1005) : regalis ... excellentie decet maiestatem rationabilibus ... supplicationibus misericorditer concedere -nem.

perpetrator, -is m. *celui qui accomplit, qui exécute (une action)* : 1) *en général* : CONCIL. Paris. II p. 476, 8 (a. 825) : eius operum promptus -r fuit. OPUSC. XII s. (Rev. Bénéd. 67, 1957) p. 88, 229 : sequitur ergo omnis actio sui -ris affectum.

2) *une mauvaise action* : GODESC. SAX. div. I p. 156, 13 : sacerdotes idolorum adoratores erant demonum et insuper erant -res aliorum plurimorum malorum. RATHER. prel. 2, 90 : his aliquid superadditum iam est adulterium, etiamsi -r nullius violet thorum, quia videlicet in semetipso, in quo cubare debuerat, Dei violat templum. ANSELM. LEOD. gesta p. 194, 36 : Dodo ... inmanissimi -r sceleris. IOH. SARISB. epist. 305 p. 730, 12 : quis enim fidelium audeat dubitare quod Deus auctores et -res tanti sacrilegii aut convertet aut conteret? GUILL. TYR. hist. rer. transm. 20, 25 p. 948, 70 : quidam ... dicunt, predictum Robertum, tanti sceleris -rem, longa egritudine laborasse. HIST. Compost. 1, 96, 32 : si calumpnie -r, prefinito tempore, ad examinandam iustitiam venire neglexerit.

perpetro 1. *forme perpatrasti* : PAULIN. AQUIL. Heist. col. 182^D. A) *faire, accomplir jusqu'au bout* (GLOSS. Augiens. bibl. [Exod.] 564 p. 84; [Iud.] 974 p. 94. OSBERN. GLOC. deriv. P X 27 : patro ... componitur ... -o) : 1) *en général* : HRABAN. epist. 1 p. 381, 20 (c. 814) : ergo quod opto fiat, ut ambobus eadem remuneratio -ati operis ab ipso tribuatur piissimo largitore. DIPL. Contr. II 41 p. 46, 38 (a. 1025) : episcopus ... adiit ... deprecans, ut facta, que scriptis suis secundum fidelium suorum consilium -vit, nostro regali precepto confirmaremus. GUILL. DONEK. aphor. 3, 24 p. 23 : fiducia est

virtus spem opus aggressum -andi viro exhibens.

2) (*eccl.*) : a) (*absol.*) *officier* : GERH. AUG. vita Udalr. 28 p. 324, 225 : actum in Augusta in ecclesia sancte Dei genitricis Marie ante altare, episcopo Heinricho -ante. b) (*avec compl. d'objet dir.*) *célébrer* : 5 GERH. AUG. vita Udalr. 4 p. 130, 107 : sacro Dei ministerio -ato. VITA Gaufrid. Castal. XI p. 39 : exhortabat fratres ... ut divinum officium cum maximo studio -arent.

3) (*jur.*) *instrumenter (un acte)* : CARTUL. Sangall. I 10 367 (a. 837) : signum Bernwigi abbatis et advocati sui Ruadberti, qui hanc conventionis cartam -averunt.

4) *noter l'expr.* aliquem liberum -are : *affranchir qqn* : TRAD. Ratisb. 370 (a. 1028-29) : qualiter 15 quidam homo ... et uxor illius tradiderunt mancipia eorum Lantpertum et Crizauuibam in manum Salamanni ea quoque gratia, ut eos liberos -aret.

5) *conclure (un échange)* : TRAD. Ratisb. 178 (a. 900) : qualiter ... pontifex et inlustris vir ... quoddam -vere con- 20 cambium.

B) *exécuter, perpétrer (un acte mauvais)* (UGUTIO s.v. patyr : -o, -as, peragere, committere, proprie in malo) : 1) *en général* : ACARD. S. VICT. serm. VI 6 p. 80 : segnis et piger ad bonum faciendum, et pronus ad 25 malum -andum. BERNARD. epist. 307, 1 p. 226, 17 (a. 1150-51) : ad eum venit frater Robertus, qui cum eo est, turpe et grave aliquid -asse aut episcopo persuas- sisse, ad aures nostras nondum omnino pervenit.

2) *un acte de violence* : ANNAL. Fuld. Ratisb. p. 125, 19 (c. 900) : Avari ... multa miserabilia -avere. ANNAL. 30 Xant. a. 964 p. 20-21 : predones ... post, -ato scelere, ... insulam quandam parvam petierunt. ANON. Norm. I 9, 62 p. 57 : aut tepidior his gehenne preparatur ignis, quibus -are crudelitatem libet, illis vero calidior, quibus pietatem exercere necesse sit? ANNAL. Altah. a. 1041 35 p. 28, 4 : clades est reparata, que priore anno in nostratibus fuerat -ata. ACTA Pont. 66 p. 100, 31 (a. 1162-3) : passi sunt substantiam domus ire ad detrimentum, ne aliquid peius foret -andum. *spéc., un meurtre* : PAULIN. AQUIL. Heist. col. 182^D : qui tam crudeliter infelix 40 homicidium -atrasti. CARTUL. S. Vit. Virdun. I 34 p. 440 (a. 1026-39) : post traditionem ... potestatis huius -atum est quoddam homicidium in finibus ipsius. BERNARD. epist. 97, 1 p. 247, 15 (c. 1132) : si super hoc alienam 45 pergis invadere terram, ... homicidia -are, et humanum fundere sanguinem. GUILL. TYR. hist. rer. transm. 18, 33 p. 859, 18 : precipiens ut ... homicidia libere -arent.

3) *un péché* : a) *en général* : HRABAN. epist. 53 p. 507, 25 (a. 847-56) : idem homo, ut dixistis, homici- 50 dium, immo parricidium, super incestum -atum commisit. GODESC. SAX. pred. I p. 241, 25 : per hoc quamdiu quisque servus est peccati, non habet aliam libertatem nisi peccandi et mala -andi et voluntatem domini sui hoc est peccati liberaliter patrandi. PETR. DAMIAN. epist.

88 t. II p. 519, 26 (a. 1062) : quod ... genus hominum hoc -et adulterium, unde et terra lugeat. BERNARD. precept. 18 p. 265, 27 : siquidem adulterium quocumque modo, quocumque -es animo turpe flagitium est, ac criminale peccatum. ADAM. PERSEN. epist. XIV 147 p. 220 (c. 1199) : hinc iam quid de criminibus, quid de flagitiis dubitet agere, que primum adulterium, hoc est celo inferre iniuriam, et a Christi evelli amplexibus, non 5 timuit interius -are? c) *noter les expr.* : culpam -are : ERINH. Haimer. 478 p. 621 : speramus meritis illum facientibus istis / cognovisse suam -atam male culpam. facinus -are : GUIBERT. Nov. trop. IV 8 col. 445^A : ab anxietate facinoris -ati usque ad extremi timorem iudicii continua cordium discursione citantur. flagi- 15 tium -are : REIMBALD. LEOD. itin. 3, 8 p. 3 : mortibus corporum longe mitioribus, quam sint eterna supplicia gehennarum, -ata flagitia vindicans. malitiam -are : DIPL. Karoli III 17 p. 27, 41 (a. 880) : pro unaquaque persona, que ipsam malitiam -averit, auri solidos quin- 20 gentos componamus.

perpetualis, -e *perpétuel (dans un contrat, avec divers substantifs)* : -is charta : REG. Sublac. 109 p. 156 (a. 980) : per hanc -is charta confirmastis ad tenendum. donatio -is : CARTUL. Sax. 741 II p. 457 (a. 934) : -i donatione libenter concedo. ius -e : DIPL. Loth. II 13 p. 404, 15 (a. 860) : ipsumque ... ad proprium largimur iure -i inibi mansurum ac de iure nostro et dominatione in potestatem ipsius loci tradimus atque transfundimus. retributio -is : CARTUL. Ultraiect. 148 p. 146, 3 (a. 997) : -em mereamur retributionem accipere. suffragium -e : CARTUL. episc. Wirz. I 113 p. 96 (a. 1170) : litteris digne censemus annotari, que -i nostre corroborationis suffragio ... postulant confirmari.

subst. perpetualia, -ium *n. pl. ce qui appartient à l'éternité* : PETR. PICTOR. Carm. XIV 137 p. 110 : stupra, negotia carnis et otia vana tremisce, / spiritualia, -ia cuncta cupisce.

perpetualitas, -tis *f. [perpetualis] caractère perpétuel* : CARTUL. S. Petr. Bland. 175 p. 113a (a. 1102) : tradiderunt se Deo et Sancto Petro ... eo videlicet -tis federe ut ... pro capitali censu solverent ii denarios. METELL. Quir. 7a, 28 : sic solas animas impare vel pari / eque compositas sacra fides probat, / quas mutabilitas nunc variat sua, / tunc fert -as.

perpetualiter *adv.* A) *perpétuellement* : 1) *en général* : THIETM. 1, 22 : sperans se ... benedictione sacerdotali -r muniri. VITA Menel. p. 154, 30 : vocari precipit eundem locum -r Menatum. CARTUL. Nuchar. 153 p. 181 (c. 1087) : Iohannes ... pro anima eiusdem Fresendis, matris videlicet sue, lampadem unam in dormitorio nostro -r instituit nocturnis tantum horis ardentem.

2) *en contexte dipl.* : CARTUL. Saviniac. I p. 23 (IX s.) : ipsius defuncti pars ad nostrum monasterium revertatur -r. CARTUL. Rhen. Inf. 65 p. 30 (a. 855) :

memoria progenitorum meorum ... in eorum sacris orationibus -r habeatur. CARTUL. Epternac. 162 p. 251 (a. 907) : loca hec ... -r in proprium ... donavimus. CARTUL. Sax. 948 III p. 127 (a. 956) : XXX mansas -r concedo. CARTUL. Ultraiect. 192 p. 179, 30 (a. 1040) : ut hoc nostrum donum -r inconvulsum permaneat. ACTA pont. Rom. Gall. I 191, 13 (c. 1123) : ut ecclesia, ville et possessiones ... usibus abbatis et fratrum inibi Deo famulantium -r deserviant. ACTA Henr. II I 1 p. 4 (a. 1138) : ut ... -r teneant et absque ulla revocatione possideant.

B) *éternellement* : HRABAN. epist. 28 p. 44, 32 (a. 840-42) : eterna Dei bonitas ... piissimum Augustum ... in celis faciat -r regnare beatum. GODESC. SAX. pred. I p. 249, 14 : et intrepide assereretur non dico 'non cunctos', verum 'neminem illorum' -r esse perituum pro quibus tam carum pretium cognoscitur fusum. BRUNO CARTHUS. psalm. col. 646^B : non carnaliter genitus neque temporaliter, sed 'ego genui te hodie', id est -r. BERNARD. serm. de div. 50, 1 p. 271, 9 : videbunt eum sancti in corona glorie et -r gaudebunt. ORD. VIT. hist. X 10 t. IV p. 66 : ordinibus Sanctorum ... qui eidem Sancto Sanctorum in celesti regno -r gaudentes assistunt.

perpetuatum adv. [1. perpetuo] *perpétuellement* : VITA Tutguali II app. metr. (BHL 8352) IXa : virtutum meritis seculo fulsere beati, / pro quibus in celis ditantur -m.

perpetuatio, -nis f. [1. perpetuo] *continuation* : IOH. FORD. serm. cant. 71, 187 : fructus, inquam, ventris est totius infirmitatis curatio, sanitatis robur, sustentatio spiritus, et vite postremo -o. INNOC. III reg. (O. Hageneder 7, 1997) 163 p. 289, 23 (a. 1204) : ita ... quod quicquid usque modo actum est per ... delegatos domini pape super predicta querela nihil noceat vel preiudicet Cremonensibus in iure suo seu possessione, preterquam in temporis interruptione et actionis -ne.

perpetue adv. 1) *sans interruption* (UGUTIO s.v. patior : perpetim, prolix, -e, continue) : DIPL. Loth. I 32 p. 109, 23 (a. 837) : ut ... pro dei amore ... hanc nostram concessionem -e conservent.

2) *éternellement* : MILO ELN. carm. p. 562, 34 : premia sancto / -e mansura choro. CARTUL. Antr. 62 p. 248 (a. 1097) : si quis ... calumniator extiterit, cum Datan et Abiron -e baratri penas perpetiendum noverit. GERARD. Ither. conf. spec. 28 p. 370 : nonne angelus de celo perenniter cecidit, et factus est diabolus, lucem perpetuam amittendo, et tenebras poenamque -e acquirendo ?

perpetuitas, -tis f. A) *continuité, perpétuité, durée ininterrompue* : 1) *en général* : a) *d'une action* : GUILL. TYR. hist. rer. transm. 21, 18 p. 987, 27 : quandam quasi -tem obsidionis et propositi constantiam promittentes, casas componunt vimineas et propter ingruentem hyemem vallis castra muniunt. b) *d'une qualité morale* : CARTUL. Tarvan. 20 p. 17 (a. 1139-69) : quantus ardor

-tis sollertie vestre mentem accenderit, ex verbis dilecti filii nostri prioris de Herleio diligenter perpendimus.

2) (*en contexte dipl.*) *caractère définitif* : DIPL. Odon. 49 p. 190, 8 (a. 893-98) : ut nostre auctoritatis preceptum vigorem -tis in Dei obtineat nomine. CARTUL. S. Salv. Vicecom. 19 p. 22 (c. 1048) : ut hoc nostre largitatis scriptum per cuncta annorum curricula rigorem -tis obtineat.

3) (*phil.*) *perpétuité, état de ce qui a un commencement, mais pas de fin* (UGUTIO s.v. sum : est ... -s status vite quem habet res aliqua ex eo quod habuit principium sed non est habitura finem) : GILB. PORR. Boet. Trin. I 4, 86 p. 132, 15-16 : hoc nomine, quod est '-s', intelligitur sine collatione collectio; hoc vero, quod est 'sempiternitas', cum collectione collatio. 'Eternitatis' autem nomine neutrum i. e. neque collatio neque collectio. PETR. LOMB. sent. I 3, 1 p. 31 : ex -te namque creaturarum intelligitur Conditor eternus. GERARD. CREM. trad. Isaac Israeli defin. p. 327 : -s est spacium perpetuum vel distinctum non separatum neque intersectum.

B) (*théol.*) *éternité* : a) *en parlant du salut* : DIPL. Zwent. 23 p. 60, 34 (a. 898) : -tem eterne felicitatis ... ab ipso retributore omnium bonorum accipere confidimus. b) *en parlant des peines éternelles* : GELAS. II Hypol. (BHL 4055f) 80 p. 33 : Iesu Christe, sine cuius participio permanentes interiores tenebras in hoc seculo patiuntur, exteriores sine dubio in futuri seculi -te passuri, adesto. PETR. CANTOR summa sacr. II 91, 18 p. 98 : sed quid dicetur si queratur an mortale meruerit ipsi veniali hanc pene -tem, vel hanc irremissibilitatem ?

1. **perpetuo** 1. 1) *rendre durable, perpétuel* (OSBERN. GLOC. deriv. c736 : continuare, assiduare, -are) : a) *par l'écrit* : CARTUL. Turic. 206 (a. 963) : propria iuris mei mancipia ... iugo servitutis ex parte absolvere ... cogitavi, quod ita cum manu advocati mei Landrici -avi. CARTUL. Mog. A II 325 p. 554, 3 (a. 1170) : quod memorie sempiternae commendandum est, ne dispendio temporis transeat in oblivionem, scripto -are curamus. CARTUL. dom. Nigell. 83 p. 168 (a. 1178-80) : ne processu temporis revocari possit in irritum, sigilli mei impressione -avi. b) *dans une donation : donner à perpétuité* : DIPL. Henr. II 162 (a. 1007) : quandam ... abbatiam ... ad eandem ... episcopalem sedem ... proprietantes donavimus ac -avimus.

2) *rendre éternel* : RUP. TUTT. omnipot. Dei 4 col. 457^C : -at quidem creature substantiam Omnipotentis imperium, ... sed deterius creatura in nihilum tendit. BERNARD. serm. de div. 119 p. 397, 9 : sacramentum redemptionis triplicem ostendit potentiam Deitatis, scilicet de nihilo aliquid fecit, inveteratum innovavit, temporale -avit. id. consid. V 25 p. 488, 18 : hic est vermis qui non moritur, memoria preteritorum. Semel iniectus, vel potius innatus per peccatum, hesit firmiter, nequaquam deinceps avellendus. Nec cessat rodere conscien-

tiam, eaque pastus, esca utique inconsumptibili, -at vitam.

2. **perpetuo** *adv.* 1) *perpétuellement* : WALAHER. hort. 79 p. 338 : pluribus hec hominum morbis prodesse reperta / -o viridi meruit gaudere iuventa. GUILL. PICTAV. gesta I 39 p. 64 : vehementer exoptans [sc. *pia puella*] preter ipsius connubium aliud -o ignorare. Ivo epist. 13 p. 58 (a. 1092) : malo ... -o officio et nomine episcopi carere. ACTA pont. Rom. Gall. II 329 p. 411 (a. 1196) : ut tres cerei in monasterio ipso -o in conspectu domini ardeant. *en contexte jur. ou dipl.* : DIPL. Ludow. Germ. 2 (a. 830) : ipsas res -o possidendas sollemni datione eidem concessimus monasterio. THANGM. Bernw. 24 p. 770, 21 : fidem se imperatori -o servaturos promittunt. DIPL. Dan. I 3, 103 (a. 1167-74) : possessionem ... ecclesie sancte Marie in Esrom ... -o possidendam tradidimus.

2) *éternellement* : ADAM. BREM. III 30 p. 172, 20 : -o dampnata sunt. INSCR. XII s. in. (CIFM 9 A10) : penis iniusti cruciantur in ignibus usti / demonas atque tremunt -oque gemunt. INSCR. a. 1150-1200 (CIFM 9 A44b) : parce ... ut ede tua vivamus -o beati. UGUTIO symbol. p. 254, 839 : vita eterna dicitur vita quam homines boni et mali post generalem resurrectionem vivent eternaliter, id est -o.

perpetuus I) (*adj.*) *perpétuel, ininterrompu, qui a un commencement mais pas de fin* (GODESC. SAX. opusc. gram. I p. 420, 12 : -us qui accepit initium sed non habet terminum. UGUTIO s.v. sum : -us, -a, -um qui numquam finem habebit sed habuit principium) : A) *en général* : 1) *d'une action* : ADAM. BREM. II 61 p. 120, 5 : -o decertabat prelio.

2) *d'un état* : EINH. Carol. 6 p. 22 : rex Desiderius -o exilio deportatus.

3) *de phénomènes naturels* : POETA SAXO 2, 241 : nive -a rupes ad sidera surgunt. HONOR. AUG. imag. mundi I 29 p. 63 : est mare congelatum et frigus -um. GUILL. TYR. hist. rer. transm. 8, 7 p. 394, 19 : Siloe fons ... cum neque -as aquas haberet. *au fig.* : CAND. FULD. Eigil. I 15 : venerat alma dies dedicationis inlustrata solis -i luce corusca.

4) *d'une qualité* : HRABAN. epist. 2a p. 382, 34 (c. 814) : nec ... arbitror me posse aliquid sancte cruci decoris conferre ... sed claritatem eius et maiestatem -am laudibus quibuscumque possum conservis meis predico. ADAM. BREM. I 39 p. 43, 5 : adeo ut collis ... -a cespitis viriditate notetur.

5) *d'un sentiment* : EINH. Carol. 7 p. 24 : magnanimitas regis ac -a tam in adversis quam in prosperis mentis constantia nulla eorum mutabilitate ... vinci poterat. CAND. FULD. Eigil. I 11 p. 229, 23 : nec prava suspicione ... illum fatigaret, neque -o odio exterminaret. ABELARD. dial. 594 p. 63 : unde legalibus observantiis quasi maceria quadam interpositis decrevit eorum ritus ita disiungere, ut ... -as hinc adversum se conciperent

inimicitias. OTTO FRIS. gesta 1, 22 : ut -i odii inter Saxones et Boemos fomes tunc accensus nondum extinctus sit.

6) *d'un titre* : ODORAN. opusc. 2 p. 88 : iussione donni Karoli -i Augusti.

7) *de la virginité de Marie* : GESTA abb. Fontan. XIII 3 p. 100 : altare illuc in honore -e virginis Marie decoravit. DIPL. Rodulf. Franc. reg. 4 p. 25, 1 (a. 924) : Dei genitricis et -e Virginis ecclesie predicto pontifici commisse concedimus. THANGM. Bernw. 47 p. 778, 24 : Iesu Xti et eius beatissime et gloriosissime genitricis -eque virginis Marie. ANON. Florin. narr. belli sacri 12 p. 373 : lac sancte Marie, -e virginis. GUERR. serm. in Purificatione 4 p. 360, 75 : virgo -a et singularis. IOH. WIRZ. descr. 16 : cum gloriosa genetrice sua Maria virgine -a. GUILL. TYR. hist. rer. transm. 11, 1, 38 : cripta ... ubi et virgo -a nata esse perhibetur.

B) (*jur.*) : 1) *en général* : CARTUL. Bonif. 67 p. 69 (a. 1163) : omnes honores de Guerelag ... tradimus in liberam et -am possessionem et erimus vobis legitimi gueritores de omnibus amparatoribus. *spéc., à propos d'une clause* : STEPH. TORNAC. summa 6 p. 196 : exceptio alia temporalis et dilatoria, alia -a et peremptoria. *appliqué à des personnes* : MON. arch. Neap. V 510 p. 278 (a. 1102) : donavi eidem patri Brunoni ... in servos -os et villanos cum omnibus bonis eorum mobilibus et stabilibus habitis et habendis.

2) *noter les expr.* : edictum -um : EPIST. Hann. 16 p. 38, 4 (c. 1074) : mirari ... satis nequeo, quod toties mihi ... sub edicto -o (*n. ed. pro peremptorio?*) iniungitis, ut ... evagari ... debeam. ius -um : GUILL. PICTAV. gesta I 32 p. 50 : pax convenit ea pactione ... ut ... quasi dono quodam dux iure -o retineret quod Gaufrido Andegavorum comiti abstulerat. *noter la métaph. spir.* : GUILL. S. THEOD. medit. IV 6 : nam cum in paradiso tuo olim me creasses, ipsumque lignum vite in possessionem mihi iuris -i donasses, voluisti vel permisisti. lex -a : DIPL. Henr. II 61 (a. 1004) : predium ... per hoc regale preceptum -a lege tradidimus cum omnibus pertinentiis et utilitatibus suis.

C) (*philos.*) *défini par rapport à l'éternité* : REMIG. comm. Mart. I 7. 11 p. 77, 8-9 : inter -um et eternum hoc distat : -um quippe est quod caret fine et initio sine motu temporis; eternum est quod caret fine et initio, subiacet tamen motui temporis. HUGO S. VICT. didasc. I, VI p. 13, 2 : sunt ... in rebus alia que nec principium habent nec finem, et hec eterna nominantur, alia que principium quidem habent, sed nullo fine clauduntur, et dicuntur -a. BERNARD. SILV. mundi univ. 1, 4, 10 p. 119, 12-14 : quicquid extenditur spatiis, vel annosum vel seculare vel -m vel eternum. Annosum senio, seculare dissolvitur evitate; eterno -um durabilitate concertat ... sed ... ad supremam eternitatis eminentiam non aspirat.

II) (*adj.*; *théol.*) *éternel* : a) *en parlant de Dieu, Père ou Fils* : INSCR. XI-XII s. (CIFM 6 G40) : hic mera -o recinunt altaria Christo. PETR. PICTOR carm. II 3 p. 18, 51 : divina voluntas, / que res -o disponit numine cunctas. b) *du salut* : LIUTG. Greg. 15 p. 79, 20 : ad ingressum regni et -e salutis predestinatus. LUPUS epist. 4, 3 p. 7, 22 (a. 836) : quis non opinetur non exauditos quidem vos ad temporale votum, exauditos autem ad -am salutem. THIETM. 2, 41 : anime eius ad -am salvationem. INSCR. XII s. in. (CIFM 9 A10) : sic datur electis ad celi gaudia vectis / gloria, pax, requies -usque dies. INSCR. a. 1154 (CIFM 12 H4) : concedatur ei sine fine locus requiei / et lux -a sit sine fine sua. *noter l'expr.* -a eternitas : BERNARD. serm. de sanct. (Humbert.) 6 p. 446, 15 : iam obtinet gaudium et letitiam in -as eternitates. *spéc., dans une formule épistolaire* : DIPL. Dan. I 2, 131 (a. 1158-62) : Valdemarus ... omnibus ... -e salutis gaudium. HRABAN. epist. 28 p. 443, 2 (c. 840-42) : Rabanus excellentissimo imperatori Hluterio virtus, vita et salus -a. c) *des peines de l'enfer* : IOH. SCOT. pred. 8, 9 p. 55, 219 : se ipsos consentientesque sibi ad -e mortis interitum merito erroris detrudunt. DIPL. Rodulf. III Burg. 80 p. 228, 12 (a. 997) : anathemathe -o dampnatus infernali cremetur incendio. EPIST. Carth. I Guig. 4, 3 : extra Ecclesiam a morte -a nemo poterit liberari.

III) (*subst.*) **perpetuum**, -i *n. éternité* : VITA Liutg. III 1171 p. 208 : defunctus seculo sed natus -o. *dans l'expr.* in -um (*forme imperpetuum* : CARTUL. S. Mar. Paris. IV 32 [c. 1100]; ACTA episc. Angl. 10 (F.M.R. Ramsey, 1995) 170 p. 129 [a. 1174-86] *et passim*, cf. HLSMA 3, 288.2) : LUPUS epist. 4, 4 p. 7, 29 (a. 836) : quando sententia ... emissa ... differri aliquantulum potest, in -um autem vitari non potest. HRABAN. epist. 4 p. 388, 5 (a. 820) : dilectionem tuam maiestas Christi nunc et in -um conservare dignetur, sancte frater, memorem nostri. BERTHOLD. CONST. annal. p. 283, 16 (a. 1076) : illum dominus apostolicus ... usque ad dignam satisfactionem a membris ecclesie in -um separavit. CARTUL. Karrof. p. 137 (a. 1121) : ab hodierno die in -um. CARTUL. capit. Agath. 9 p. 21 (a. 1122) : quod ipsi illuminent ... unam lampadem, die ac nocte, ante sancti Stephani altare in -um semper.

perpiger, -a, -um [per et piger] *très paresseux* (OSBERN. GLOC. deriv. P XLVIII 12 : -r id est valde piger; cf. ib. p441) : OTLOH. doctr. 12 col. 272^B : quamvis -i nos simus ad hoc speculandum.

perpingo 3. [per et pingo] *peindre* : LUPUS ceroma p. 116, 28 : hoc genus -endi (*v. lect.* pingendi) etiam a Boetio ... commemoratum adhuc suo tempore viguisse dubium non est. SAEW. Terr. Sanct. p. 66, 250 : in muro ... occidentali ... conspicitur imago ipsius dei genitricis -cta [*sed fortasse pro perpulchre picta sec. edit.*]. OSBERN. Dunst. 10 col. 421^B : ut ei stolam sacerdotalem

artificiosa operatione -eret [*sc. matrona*].

perpinguis, -e *très gras* (OSBERN. GLOC. deriv. P LXXII 10 : -is id est valde pinguis; cf. ib. p510. UGUTIO s.v. pinguis : -is, valde pinguis) : LAUR. VERON. bell. Balear. (PL 163) 3 col. 531^D : ceperunt victus ... / -esque boves. ib. 6 col. 559^D : in eo discrimina plura ferentes / sepeque -es his esca fuistis aselli.

perpiso 1. [per et piso] *battre, frapper* : RECEPT. B 39 p. 49 : enula folia non tusa ne -ata superinposita tumorem et dolorem tollit.

perpito 1. [*pour pipito fréq. de pipio?*] *pépier (en parlant de volailles)* : Voc. Brux. Reijn. f. 105 : -are pullorum est. *v. pipiare, pippitare.*

perpius, -a, -um [per et pius] *très clément* : ADEMAR. CABANN. vers. p. 328 : o bone, tende manumque tue / -e, quesumus, Ecclesie. PROSAR. Lemov. 160, 15 p. 177 : tua -a / gratia debita / nostra solvat. TROP. Guelf. 64 p. 108 (X-XI s.) : clari prudentia simus / rite eligendo, quod sit Christo gratum / nostro -o. VITA Meven. (Anal. Boll. 3, 1884) p. 155 : cui -us patrinus admodum flenti amica voce respondit : « Operare, dilecte mi filirole... ».

perplacoe 2. *plaire tout à fait* : GODESC. SAX. div. I p. 146, 14 : veluti placet verbum deus de deo, sic nimirum eadem tibi patris -ebit imago in qua profecto nulla est dissimilitudo. AELR. amic. 3, 364 : mihi certe -ent ista que dicis (cf. ib. 3, 913). OSBERN. GLOC. deriv. B prol. p. 77, 3 : -et, o domina, sophisticus iste loquendi modus. GUIBERT. Nov. pign. sanct. 4 p. 164, 223 : cum plane angeli glorie claritate -eant. IULIAN. VIZELIAC. serm. 23, 396 t. II p. 534 : hoc mihi ... -eret, ut tales iudici traderentur. HIST. Compost. 2, 5, 17 : simulans eius canonicam electionem atque consecrationem sibi -ere. (*à la 3^e pers. du sing., suivi d'une prop.*) *il convient tout à fait* (OSBERN. GLOC. deriv. P LII 16 : -et id est valde placet. cf. ib. p456) : CARTUL. S. Florent. Burdigal. 2 p. 9 (a. 1081) : -et ... quotte spacium terre prefati ecclesie Viviani concessum sit dicere.

1. **perplacidus**, -a, -um [per et placidus] *très calme* : HERIG. Ursm. 1, 292 p. 188 : cum iam -us ... somnus inriget artus. CARM. var. III C 1, 10 : sic, sic -os fac, qui sunt nempe rebelles.

2. **perplacidus**, -a, -um *v. perplacitus.*

perplacitus, -a, -um [per et placitus] *forme perplacidus* : NITHARD. hist. 4, 3. *qui plaît, très agréable* : NITHARD. hist. 4, 3 p. 43, 17 : quod cum L. et K. audissent, et illis plebique ... -dum esset. FROUM. carm. 3, 4 : huius et officium gessit pastoris opimum / -um Domino, fratribus et populo. CARM. Cantabr. II (B) 2, 2 : terrigene bene nunc laudent, ut concedet, alnum / vocibus excelsis sic sibi -is. PROSAR. Lemov. 242, 6^B p. 260 : hec enim sacra / vestigia / redemptori / pio -a. CHRON. Thietm. 6, 8 p. 283, 24 : cunctis -am ... quietem / infesti martis mutabant asperitate.

perplane *adv.* [perplanus] *très clairement* : IOH. SCOT.

divis. nat. III p. 134 : hec mihi -e suasa sunt. ib. III p. 184 : -e convenerat quia ratio approbabat.

perplano 1. [per et plano] *expliquer* : IOH. SCOT. carm. 22, 13 p. 549 : magni Gregorii -ans dicta remota.

perplanus, -a, -um 1) *d'une chose concrète* : a) très plat, très lisse : SIGEBERT. GEMBL. Theb. 2, 173 p. 75 : hic in recessu naturalique recessu / pasuus irriguus -us opacus amenus / cespitè non grandis ager ubere fertilis amnis / caelitus offertur sanctis propriusque dicatur. ANSELM. MOG. Adalb. 221 p. 575 : colla quibus cum pectoribus -a fuerunt. RICHARD. S. VICT. expos. tabern. 1, 8 col. 217^C : ut ... superficies utrinque -a reddatur. b) *très praticable* : PAPIAS* f. 172va : pervium, iter facillimum, -um.

2) *d'une chose abstraite* : très simple, très clair : IOH. SCOT. ier. Dion. 8, 227 : una -a lucidissimaque sententia.

perplasmatio, -nis f. [perplasmio] *façonnage complet* : HILDUIN. transl. Dion. (hier. cel.) p. 1029, col. 2 : si ... verbi contempler moderationem, partim dictorum animalium proprietates et omnes corporales eorum -nes (διαπλάσεις) coaptavimus non illicite celestibus virtutibus secundum in similes similitudines (cf. ib. p. 1295, col. 1).

perplasmio 1. [per et plasmio] *former, façonner complètement* : HILDUIN. transl. Dion. (div. nom.) p. 487, 1 : in sacris mysticarum visionum Dei apparicionibus et canus et novus -atur (πλάττεται). et passim.

part. passé perplasmatus, -a, -um. [perplasmio] *complètement formé* : HILDUIN. transl. Dion. (hier. cel.) p. 742, 4 : ad volatiliū capillosam pinnascentiam -os (διαπεπλασμένους).

perplecto 3. [per et plecto, ou refait sur perplexus] *surtout employé au part. passé*. 1) *enrouler, emmêler* : HRABAN. univ. 14, 12 col. 387^D : labyrinthus est -xum parietibus edificium. ROB. MON. REM. hist. Hier. 9, 8 p. 868 : fugere nemo poterat, quoniam multitudo, a seipsa in seipsam -xa, sibimet impedimento erat.

2) *impliquer* : CONST. I 187, 8 : inventi sunt quidem cardinales memorata coniuratione -xi. IOH. BEL. eccl. off. 69d p. 128, 29 : gravi noxa -xi sunt. GUBERT. GEMBL. Hildegard. app. 9, 28 : vidique quod idem maligni spiritus quasdam de nobilioribus filiabus meis per diversas vanitates quasi in rete -xerant (= THEOD. EPTERN. Hildegard. 2, 12, 26).

3) (*sens abstrait*) *entortiller, tisser* : IONAS AUREL. imag. 3 col. 369^B : posthec quasi cornutum -ens syllogismum, eundem venerabilem virum ... involvere conaris hoc modo... IOH. SCOT. divis. nat. 5, 38 col. 1010^B : concatenatus ... est divine scripture contextus, dedalicisque diverticulis et obliquitatibus -xus. PAUL. ALB. epist. 5, 4 p. 190 : dialectici stricti regulis et undique sillogismis -xi, dolosi et callidi, delusores verborum sunt verius quam structores rerum dicendi. GUBERT. Nov. moral. 6, 21, 33 col. 166^D : ad seculi tractus animus voluptatem, incultas, inextricabili errore -xas et cecas cogitatio-

nes ... gignit.

part. passé perplexus, -a, -um *empl. comme adj. compar.* : BERNARD. SILV. cosm. I, II p. 99, 17. ADAM PARVIPONT. ars 96 p. 66, 22. *superl.* : VITA Audomari metr. p. 71. 1) *adj. : sinueux, complexe* (PAPIAS* f. 172ra : perplexa : colligata, implicita, involuta. UGUTIO s.v. plecto : -us, verberatus, intricatus, involutus, obscurus) : A) *en parlant de choses concrètes ou d'êtres animés* : 1) *sinueux, contourné* : IOH. SCOT. transl. Greg. imag. 30 p. 262 : siquidem per poros -os prodeat crispas tortuososque capillos effundit. ATTO VERC. perpend. 1 p. 14, 24 : haud agmen perstrepunt qui -um gradiendo perrecta callem rubrica induxerint. BENZO ad Henr. IV 4, 33 p. 388, 6 : frange nostre captionis -um gurgustium. VITA Audomari metr. p. 71 : -issima lune / lustra.

2) *confus* : PASS. Ursul. I 4 : longe lateque perplurimas mundi devastando partes -e multitudinis legiones ad sui innatam auxit vesaniam.

3) *qui ploie* : IOS. ISCAN. bell. Troian. IV 317 p. 151 : certat -is navita remis.

4) *enlacé* : PETR. DAMIAN. serm. 14 p. 71, 304 : tenent se mutuo sibique -i sunt [sc. cherubin].

5) *lié* : GERARD. MORES. delib. p. 44 : qui operit, ait, celum nubibus [cf. Ps. 146, 8]. Simbolum quoddam maximis sacramentis -um.

B) *en parlant de choses abstraites* : 1) *compliqué, complexe (sens intellectuel)* : GODESC. SAX. opusc. gramm. I p. 374, 3 : huius ... -e necnon etiam ... nodosissime questionis hec est solutio. REGINO chron. a. 899 : ne prolixè rationis oratio, que multiplex atque -a est, fastidium inferret audientibus. HUGO S. VICT. didasc. 6, 4 p. 120, 15 : multi iam de illo libro facti sunt, multe date sententiae difficiles ad intelligendum et -e ad solvendum. RADULF. TORT. mirac. Bened. 40 p. 344 : attentare coepit eius lingua per flexus varios recolligere -os loquendi modos. ORD. VII. hist. IV 10 t. II p. 296 : -a prophetarum dicta salubriter enodavit. BERNARD. SILV. math. 809 p. 150 : argumenta movent -aque verba quirites. ROB. MELODUN. div. pag. 72 p. 38 : sic ergo utrobique rationes et auctoritates adducte -am istam reddunt questionem. CARTUL. Prulliac. 90 p. 72 (c. 1183) : considerantes omnino -um esse negotium et ad iudicandum difficile, maluimus inter eos componere quam iudicare. PETR. BLES. amicitia p. 100 : quod sententias veterum iam senio caligantes, vel ambigui intellectus intricatione -as studeo reducere ad evidentiam. PETR. LOMB. sent. III 14, 1 p. 610 : que distinctio in pluribus questionum articulis est necessaria adversus quorundam -am verbositatem. *spéc., raffiné* : BERNARD. SILV. math. 830 p. 152 : agresti Latio monstravit Grecia blandum, Grecia -um, Grecia grande loqui.

2) *emmêlé, embrouillé* : BALD. FORD. serm. 20, 43 : necessitates ... hominis tam multe sunt et varie, tam inextricabiles et -e, ut in tota vita hominis expediri

nullatenus possint. *pris, coince dans un dilemme (sens moral)* : PETR. CANTOR summa sacram. III 2, 357, 29 p. 512 : sacerdos ... malus ... -us est. Si enim sacerdos celebrat dum malus est, peccat mortaliter... Si non celebrat, peccat mortaliter. RUFIN. summa I dist. 13 p. 33 : dicitur ergo quis esse -us inter homicidium et periurium. *spéc., en parlant de nœuds (en contexte fig.)* : CARTUL. S. Iacob. Legion. 42 p. 180 (a. 991) : nexu peccati -us. BERNARD. epist. 62 p. 155, 10 (ante 1129) : muliercula, quam ecce iam multis annis et -is peccatorum nodis Satanus alligavit. BERNARD. SILV. cosm. I, II p. 99, 17 : rigida et invincibili necessitate nodisque -ioribus fuerat illigatum. *par réf. à Iob 40, 12 (GODESC. AQU. opusc. 4, 12 p. 146, 2 : in Iob de -is testiculis Behemot loquitur idem Dominus)* : RUFIN. summa I dist. 13 p. 33 : testiculi Leviathan suggestiones sunt diaboli, quibus velut testiculis in hominibus peccata generat. Nervi autem testiculorum sunt calliditates suggestionum; hii nervi -i dicuntur, quia his utitur diabolus, ut homines peccatis illigentur.

3) *tortueux, fourbe, pervers* : PAUL. ALB. ind. lum. 27, 34 p. 302 : ubi efrenata barbaries et ... -a luxuria et propagatio et irritatio est nubtiarum. GUILL. TYR. hist. rer. transm. 2, 24 p. 193, 7 : de eius malitia et -a dolositate plurimum presumebat imperator.

II) *subst. perplexa, -e f. entrelacs* : GAUFRID. MALAT. III 28 p. 74, 35 : Venetianus ... in adiutorium ducis ex funibus -as, advenientibus hostibus, de muro dependentes porrigit.

perplenus, -a, -um [per et plenus] *tout à fait plein* : PASCHAL. II epist. 343 col. 300^B : -a vocis lectio loci notitiam eripit.

perpleo 2. [per et *pleo, *refait sur impleo, repleo, etc.*] *accomplir, terminer* : VITA Dunst. B 11 p. 19 : -tis psalmodiis regressus est.

perplerum *adv.* [per et *plerum, *tiré de plerumque*] *très souvent* : ODO CLUN. occ. II 445 p. 27 : nam capit ille strophas -um doctus apertas.

perplex, -icis [*refait sur perplexus, cf. duplex, multiplex*] *complexe* : CARTUL. Mog. A 381 (a. 1092) : quoniam ... variante rerum eventu stare nequaquam mundialia experimento colligimus, -x roborandum alligatione decernimus nostris quicquid agitur temporibus.

perplexa, -e *f. v. perplexus s.v. perplecto.*

perplexa *adv. de façon embrouillée* : IOH. SCOT. divis. nat. I p. 188, 31 : -e yperbaticeque disputat. GOZECH. epist. p. 13, 69 : ut queque vel legendo vel disputando -e intricata vel in theosophicis vel in sophisticis occurrissent, ea nodosus ipse sagaciter enodares. OSBERN. GLOC. deriv. b107 : blattire, impedit et -e loqui.

perplexim *adv. de façon emmêlée, embrouillée* : CARTUL. Saviniac. 581 p. 285 (XI s.) : [creatura humana] miseria huius infimi cosmi -im depressa. URSO elem. 4 p. 99, 5 : sicut enim virtus quantitativa in elemento

identitate substantie partes elementi insolubiliter iungendo alligat, sic alterativa elementi identitate qualitatum nullatenus adversantium easdem -m appetibilis iuncture catena inviolabiliter confederat.

perplexio, -onis *f. complexité, complication* : 1) *d'un lieu* : DIPL. Caroli M. 295 p. 441, 45 (1158-66; spur.) : -ne silvarum ... a sociis sequestratus inveni terminas calidorum fontium.

2) *des doigts* : THEOB. LINGON. tract. num. II p. 94, 15 : propter primam -nem et intricacionem et digitorum principalium suppositionem, que fit in sexagenario, significat talis numerus continentiam.

3) *du monde* : PAUL. ALB. conf. 2 p. 318 : disrumpe vincula -num, restaura, Domine, opera tue fabrice. VITA Adalb. Prag. XIV p. 77, 24 : -nibus ... fugacis seculi carere magni animi est. IOH. ALT. Arch. III 203 : quod in astrictis rerum -o nodis / torserat, evoluit.

4) *d'une argumentation ou d'un concept* : IOH. SCOT. comm. Ioh. I 29 p. 154 : investigabilem -nem mysteriorum incarnationis intellige. EPIST. Ratisb. 6 p. 288, 14 : si Achademici cum cornutis Stoicis contendunt, nulla argumentorum -ne id efficiunt, ut zelotes Christi dicantur. BERNOLD. CONST. chron. p. 394, 35 : huius ... questionis -o facile resolvitur. HUGO FLAV. chron. I p. 340, 36 : sillogismorum -nes sagaci animo discrevit. PETR. VENER. epist. I 9 col. 77^B : multiplices argumentationum -nes. RICHARD. S. VICT. iud. pot. col. 1180^A : ex hac ... sententiarum -ne ... patet in his omnibus sub quanto involucro veritas latet. PETR. CELL. epist. I 28 col. 436^A : voluistis in me ... terrere sensus hebetes ... -ne rationum subtilium.

perplexitas, -tis *f. complexité, caractère embrouillé* : 1) *d'une situation* : GUILL. TYR. hist. rer. transm. 14, 29 p. 669, 29 : de periculorum nimia -te erutus. ib. 18, 31 p. 856, 27 : aut desinant morarum -tes intexere.

2) *de la mémoire* : ALCHEM. CLAR. spir. et an. 34 col. 803, 41 : omnium rerum thesaurus et custos est memoria, nec enarrari potest, tam grandis est eius -s; et animus ipsa est.

3) *d'un texte ou d'un discours* : GODESC. SAX. conf. p. 63, 7 : evangelicam ... explanando -tem. BERTHOLD. CONST. annal. pref. p. 267, 4 : artium omnium -tes metrorumque subtilitates per semet ipsum suo sensu fere comprehendit. BERTHOLD. ENGELB. assert. 39 : verborum tuorum -te mentis obtutum ista considerantis quasi nebula quadam callide paras confundere. *en contexte fig.* : COMM. in Ruth 2, 411 : [expositiones] auditoribus ... sunt ut ad altiora valeant conscendere, certum viaticum et contra hostium insidias et -tes presidia tutissima.

4) *d'une question* : GUILL. S. THEOD. enigm. fid. p. 112, 29 : cum queritur apud sanctos doctores, scientia eius tantis invenitur questionum -tibus involuta, tantis disputationum enigmatibus obscurata, ut vix a paucissimis hominibus puritas eius queat apprehendi (*cf. id.*

Rom. 3, 237). PETR. LOMB. sent. 3, 6, 1, 1, 3 : ex premissis autem emergit questio plurimum continens utilitatis, sed nimium difficultatis atque -tis.

perplexo 1. [perplexus] *enserrer (comme dans un réseau)* : IOH. ALT. Arch. V 317 : o geminos solis ortus amplexa cupido / alterutrumque diem, cuius radicibus omnis / -atur humus, celumque cacumina terrent.

perplexus, -a, -um v. s.v. *perplecto*.

perplicitus, -a, -um [part. pass. de *perplico empl. adj.] *embrouillé* : ALEX. NECK. suppl. def. 1, 1009 : -o nexu ludentis cornua serra / obvoluit ... corona.

perplumis, -e DuC [per et pluma] (*au fig.*) *emplumé* : THEOD. EUCH. transl. Celsi 17 : [Celsum] virtutibus -em plenumque dierum ... concivilitavit [deus] frequentii angelorum.

perpluo 3. *trans. asperger complètement, inonder (de)* : VITA Alexii metr. 278 p. 94 : vulgus damnandum sanctum caput ac venerandum / -it inunda purgatis vasibus unda. *au fig.* : ABBO FLOR. epist. 14 col. 458^D : assiduis quippe iurgiis, et quotidiana garrulitate facit -ere domum eius, et eicit eum de edibus suis, id est de Ecclesia. RUP. TUTT. Eccl. 10, 18-19 col. 1295^C : in pigritia et socordia magistrorum humiliari Ecclesiam, et culmen eius concidere et tigna -i supra exposuimus.

perpluries *adv.* [per et pluries] *de très nombreuses fois* : ROG. HOVEDEN. chron. III p. 194 : licet id pluries et -es requisisset.

perplurimum *adv.* [perplurimus] *au plus haut point* : CARTUL. Mai. Mon. Andegav. I p. 60 (a. 989) : misericordia Dei -um voluit honorari genus humanum.

perplurimus, -a, -um [per et plurimus] (OSBERN. GLOC. deriv. M XXXVIII 33 : plurimus ... componitur -us) 1) *très grand, très considérable* : CHRON. S. Bened. Cas. 473, 8 : princeps de beatissimi Benedicti cenobio thesaurum abstulit -um. METELL. Quir. 17a, 2 p. 225 : peracta dedicatio refulserat / leticia celebri -a cum gloria.

2) *très puissant* : HADR. II epist. 36 p. 744, 4 (a. 872) : nullum [sit] monasterium in regno tuo, quod non auxeris rebus propriis et restitueris suis -um.

3) (*plur.*) *très nombreux* : ALCUIN. epist. 154 p. 594, 28 (a. 801) : propter occupationes -as. ODBERT. TRAIECT. Frid. p. 353, 13 : Deo -as ... reddens gratiarum actiones. VITA Martin. Turon. XVI 24 p. 24 : Martini miranda tamen -a facta / fulgebant. PASS. Ursul. I 4 : longe lateque perplurimas mundi devastando partes -e multitudinis legiones ad sui innatam auxit vesaniam. GAUFRID. GROSSUS Bernard. Tiron. X 85 p. 243^A : licet -is villarum atque prediorum redditibus ditatus videretur. HENR. ARIST. transl. Plat. Meno p. 34, 31 : non solum Protagoras, immo et alii -i (πάμπολλοι). GALAND. REGN. parab. pref. 1 : iussit ... ut -a temptarem loca.

perplus, -ris [per et plus] *compar.* perpluriora : MIRAC. Hubert. I 9. *forme nomin. fém. sg.* perplura : EIGIL Sturm. 7 p. 369, 1. *très grand, très nombreux*

